



Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Appendix Libri Qvinti. Dilectis Filiis Matthaeo Abbati & fratribus sancti Laurentij de Aversa tam praesentibus quàm futuris regulaiter substituendis in perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

to peccatum , & in vobis quod legitur impleatur, *Peccator contemnit cùm in profundum venerit vitiorum* , universitatem vestram monemus & exhortamur attentiùs & per apostolica vobis scripta mandamus & sub interminatione anathematis districte p̄cipimus quatenus Iaderam nec destruatis amplius quām hactenus est destrūta , nec destrui faciatis , aut quantum in vobis fuerit permittatis , sed nuntiis Regis ejusdem ablata omnia restituere procuretis. Alioquin vos excommunicatio- nis sententiae subjacere noveritis , & à promissa vobis venia remissionis immunes.

APPENDIX LIBRI QVINTI.

*DILECTIS FILIIS MATTHÆO
Abbati & fratribus sancti Laurentij de
Aversa tam præsentibus quām futuris re-
gulariter substituendis in perpetuum.*

C Omissæ nobis sanctæ & apostoli- ca sedis hortatur auctoritas ut locis & personis ipsius auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus : quia sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus assensus , sic legitima & justa desiderantibus nulla est differenda peritio , præsertim eorum qui cum honesta & laudabili morum compo- sitione gaudent omnipotenti Deo deser- vire. Eapropter , dilecti in Christo filij , vestris justis postulationibus clementer annuimus , & prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhæren- tes , cœnobium sancti Laurentij de Aversa , in quo divino estis obsequio mancipati , sub beati Petri & nostra protectione sus- cipimus & præsentis scripti privilegio com- munimus , atque ab omni tam ecclesiasti- ca quām secularis personæ jugo ita omnino liberum manere decernimus ut soli sanctæ & apostolicæ Romanæ Ecclesiae nullo medio perenniter sit subjectum. Statuimus quoque ut illa monasteria , Ecclesiae , sive cellæ quæ cœnobio vestro concessa sunt , firma vobis vestrisque suc- cessoribus & illibata permaneant ; quæ quidem his nominibus annotantur , vide- licet cœnobium sancti Laurentij de Aversa prædictum , situm extra mœnia civitatis Aversæ , cum Ecclesia sancti Petri sistente prope portam ejusdem monasterij , cum burgo quod est juxta dictum monasterium ,

ac cum alio burgo quod dicitur Verzalus , cum omnibus juribus , rationibus , & perti- nentiis , * & plures alias Ecclesias quas brevi- tatis causa prætermittit. Quas quidem Ec- clesias , sive parochiales , sive populum non habentes , cum suis juribus vobis & eidem cœnobio auctoritate apostolica confirmamus ; ipsas , & si quas alias cum suis hominibus & parochianis poteritis in futurum canonice adipisci , in favorem re- ligionis vestrae , & ut quietius & tranquilius omnium creatori pro salubri statu uni- versalis Ecclesiæ serviat , ab omni jure episcopali eximimus de speciali gratia & plenitudine potestatis , ita quod in nullo episcopali jure seu contentiosa jurisdictio- ne monachi seu clerci seculares & paro- chiani in vestris Ecclesias sive cellis com- morantes respondere diocesanis Episcopis teneantur , neque coram eorum ordinarii conveniri valeant , etiam si in loco non exempto delinquent forsitan , contrahant , vel res litigiose existant. Et in majorem vestrae religionis favorem similiter indul- gemus ne quisquam Episcopus vel Archie- piscopus monasterij vestri monachos & homines , domesticos , servitores ipsius lai- cos pro ulla causa ullōve modo sine Ro- mani Pontificis licentia suspendere aut excommunicare præsumat. Volumus etiam ac perpetua stabilitate firmamus ut nul- lus Episcoporum vel Archiepiscoporum audeat adficare Ecclesiam sive capellam in locis quibus possit vestro monasterio , Ecclesias sive cellis , vel earum parochianis aliquod præjudicium vel scandalum ge- nerari. Confirmamus etiam vobis & jam- dicto cœnobio privilegia donationis ipsa- rum Ecclesiarum , sive à laicis sive viris ec- clesiasticis factæ sint : quarum Ecclesiarum instrumenta nostro conspectui ut authen- tica & legitima præsentastis apostolico judicio approbanda ; quibus diligenter vi- sis & intellectis , ipsa approbavimus & ra- tificavimus & ex certa scientia confirmavi- mus ; quibus etiam eti quod forte injuria seu negligenta minus firmitatis insertum est , vires plenissimæ notionis ex hac nostra suscipiant auctoritate. Nihilominus etiam confirmamus vobis & prælibato cœnobio privilegium centenaria præscriptionis quod felicis memoriae * Vrbanus Papa ei- dem cœnobio de benignitate apostolica indulxit , decernentes eos qui possessiones libertatesque ejusdē cœnobij vastallorum que suorum jura seu redditus detinuerint occupatos , exinde fore penitus amoven- dos , ipsique nullum omnino jus per de-

* Hec non
fuit Papa , sed
scribere feci-
nantis.

* Vrbanus II.

tentionem vel possessionem hujusmodi se posse acquirere vel habere , ac nullum vobis propter hoc vel juri ipsius cœnobij super his præjudicium factum esse vel posse in aliquo generari , nisi legitimè constituit detentores ipsos præscriptione centenaria fore munitos . Statuimus etiam ut idem monasterium & universa ejus Ecclesiæ & omnia quæ ad ipsum pertinent , quieta semper & ab omni jugo mortali libera sub solius sanctæ Romanæ Ecclesiæ jure ac perpetua defensione permaneant & consistant , ita quod super his nullo unquam tempore debeatis impeti vel modo quolibet molestari . Quod si aliquis contra hoc salubre præceptum ire tentaverit , & possessiones & jura , libertates , vel alias res mobiles seu stabiles vestri monasterij vel ejus Ecclesiarum , obedientiarum , oblatorum , seu etiam aliorum hominum vestro monasterio subjectorum abstulerint , sive ablata retinuerint , postquam ipsorum ordinarij à vobis tertio admoniti justitiam ecclesiasticam de his facere noluerint , à vobis admoniti semel , bis , & tertio si non satisfactione congrua quod malè egerint emendare studuerint , ex indulgentia sedis apostolicae duximus concedendum ut liceat tibi , Matrhae Abbas , tibique canonicè succendentibus apostolica auctoritate super eosdem impetratores canonican excommunicationis proferre sententiam & illos vicinis Episcopis excommunicatos fore vestris denuntiare apicibus : qui Episcopi illos pro excommunicatis habeant , & omnibus sibi commissis ut excommunicatos à sacratissimo corpore & sanguine Christi separatos evitare jubeant , eisque ecclesiasticam deneget sepulturam . Quod si ausu temerario , transactione seu arbitrio aliquo interveniente , per vos vel successores vestros seu per quemvis alium contra tenorem hujusmodi decreti absque licentia sedis apostolicae non faciente de immunitate hujusmodi mentionem fuerit attentatum , ex nunc illud decernimus viribus omnino carere , & prefatum cœnوبium cum omnibus suis membris habitis & habendis pleno jure sedi apostolicae si subiectum . De abundantiori quoque gratia sedis apostolicae concedimus vobis & successoribus vestris ut si aliquam de vestris Ecclesiis , possessionibus , vel redditibus alicui viro ecclesiastico sive in beneficium sive ad annum censum canonicè concesseritis , quod licitum sit vobis vestrisque successoribus bona vestri cœnوبium post obitum ejusdem personæ ecclesiasticæ , vel cum beneficium ipsum vacaverit , à quoquam viro ecclesiastico concessum fuerit , beneficium ipsum sive redditus ad utilitatem vestram retinere , nonobstante super hoc aliquo jure communi à nobis vel à nostris successoribus edito vel edendo , seu literis à sede apostolica aut à nostris Legatis Cardinalibus super hoc impetrandi , nisi de hujusmodi privilegio expressam fecerint mentionem . Præterea quæcunque bona concessione Pontificum , liberalitate Principum , vel oblatione fidelium vestrum hodie cœnobium legitimè possidet , vel in futurum canonice possidebit , vobis vestrisque successoribus & eidem cœnobio auctoritate apostolica nihilominus confirmamus . Chrîma , oleum sanctum , consecrationes altarium sive basilicarum , ordinationes monachorum seu clericorum tam in ipso cœnوبio quam in adjacentibus villulis ac in Ecclesiis civitatis & diocesis Aversanæ , à quocunque malueritis catholico accipiat Episcopo . In aliis verò monasteriis & obedientiis vestris hæc à diocesano Episcopo prius postulabit , siquidem gratiam & communionem sedis apostolicae habuerit , & ea gratis & absque pravitate voluerit impartiri . Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis adire antistitem , qui nostra fretus auctoritate quod postulatur indulget . Baptismum verò ac infirmorum oleum , visitationes per vos & per Clericos vestros seu monachos in oppidis vestris , castellis , seu villis habeatis . Missas autem publicas ab aliquo Episcopo tam in cœnوبio quam in adjacentibus ejus Ecclesiis celebrari , stationes fieri , processiones deduci absque licentia Abbatis & Priorum seu rectorum locorum voluntate omnimodè prohibemus , né in servorum Dei recessibus secularibus occasio præbeatur ulla conventibus . Si quis autem adversus prædictum cœnوبium justam se putat habere querelam , ac apud ejusdem cœnobij Abbatem vel monachos litem per sententiam decidere aut dissinire noluerit , statuimus ut ante Legatos nostros querimonia deferatur , quatenus æquitate judicij sine personarum acceptione sua cuique justitia Deo auctore servetur . Sepulturam quoque cœnobij vestri & omnium Ecclesiarum seu obedientiarum vestrarum liberam esse omnino censemus , ut eorum devotioni & extrema voluntati qui se illic se peliri deliberaverint , nisi forte excommunicati vel interdicti sint , nullus obser-

stat. Salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumentur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbatem vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij senioris secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum cœnobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel injustè datas suis usibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integrè conserventur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt usibus profutura. Salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secula-

risve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communia si non præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax ejusdem Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bona actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Blasij S.R.E. Subdiaconi & Notarij Idibus Iulij, Indictione quinta, incarnationis dominicae anno M C C I, pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno quinto.

*ACTA QVÆ SEQVNTVR, CVM MVLTVM
utilia sint ad intellectum epistolæ 100. & nondum edita sint, visum est heic
edere, descripta ex veteri chartulario Episcoporum Parisiensem.*

*LITTERA ABBATIS ET CONVENTVS
sanctæ Genoveſæ Parisiensiſ ſatia inter ipſos &
Epifcopum Parisiensem jure parochiali ſan-
cta Genoveſæ & ſuper procuratiōniſ Epifcopi
ſuper Eccleſia ſanctæ Genoveſæ in ciuitate & aliis
Eccleſiis ſanctæ Genoveſæ prediſta.*

Q Mnibus Christi fidelibus ad quos litteræ p̄ſentes pervenerint Iohannes Abbas totūque conuentus beatae Genoveſæ Parisiensiſ ſalutem in Domino. Cū internos & Eccleſiam noſtrā ex una parte & virum venerabilem Dominum Odonem Epifcopum & Eccleſiam Parisiensem ex altera ſuper jure parochiali in parochia de Monte controverſia verteretur, & quæſtione poſſeſſionis per examen ſediſ apostolicæ jam deciſa, proprietatiſ quæſtio ſuper eſſet delegatiſ judicibuſ ab apostoliſ ſede commiſſa, cū etiam tam ſuper Eccleſia ſanctæ Genoveſæ* in ciuitate Parisiensiſ ſita, in qua unum de Canonicis noſtriſ institui petebamuſ, quām ſuper procuratiōniſ quas ad Eccleſia noſtriſ parochialibuſ in Parisiensi diocesi conſtitutiſ memoratuſ Epifcopus exigebat, in- ter nos & iſum contentio fuſiſt orta, tandem ad unitatem aspiranteſ, & pacem de que- relis præmiſiſ, videlicet tam ſuper poſſeſſio- ne quām proprietate juris parochialiſ ſeu epif- copaliſ in parochia ſupradiſta, Eccleſia quo- que ſanctæ Genoveſæ de ciuitate, necnon & procuratiōniſ ſupradiſtiſ, in viroſ venerabi- les Fulconem Camerarium & Hugonem For- re Canonicum Eccleſia noſtræ, Gauſridum de

Lenda Canonicum Parisiensem, & magiſtrum Nicolaum Carnotensem, aut magiſtrum Bernar- dum Canonicum Parisiensem loco magiſtri Nicolai, si Dominus Epifcopus maluerit, abſolute compromiſiſ & præciſe, quicquid ſuper praetaxatiſ quereliſ ſtatuerint fine con- tradiſtione pro nobis & Eccleſia noſtra non obſtantē ſententia, privilegio, ſeu inſtru- mento alio fuſcepturi & perpetuo ſervaturi, ita quod nec diuorum nec trium ex iſis ſine conſenſu quarti ſententiæ robur habebit, ſed quod pariter ab iſis quatuor fuerit ordinatum, fir- mum & ſtabile permanebit. De aliis vero re- buſ ac redditibus noſtriſ vel Epifcopi memo- rati pro bono pacis eiſdem arbitriis addere vel ſubtrahere, dare ſeu commutare licebit. Præ- fixum eſt etiam tempus infra quod arbitriuſ proferetur, Octavæ videlicet Pentecostes in- ſtantis, ita quod niſi inſra euendem terminuſ fuerit prolatum arbitriuſ, ex tunc compro- miſſio non tenebit, ſed ad juſtes à ſummo Pontifice conſtitutoſ litigaturi coram iſiſ libe- berè revertetur. Hanc itaque compromiſio- nem Dominus Epifcopus in verbo Epifcopi & ego Iohannes Abbas in verbo ſacerdotiſ & periculo animaꝝ mea ſe bona fide promi- fiuiſ & confeſſiuiſ ſervaturoſ. Pena eſt in- ſuper ducentarum marcarum adjecta memoria- to Epifcopo ſolvendarum à nobis, ſi nos, quod abſit, à compromiſſo reflire contingere- ret. In hujus itaque ſirmitatem & eviden- tiā paſtenteſ literas fieri fecimuſ & ſigil- lorū noſtrorū imprefſione muniti. Actum
anno

* S. Genevieve
dos Ardentis.